



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De præstantia numerosæ orationis, & eius ortu. Capvt IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*Læsa ministerio, dextra est intentia labori.  
Hæc rotat assidus gyrus, & concitat orbem  
Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu,  
Interdum fessa succedit laualabori.  
Alternatque vices: modo rusticæ carmina can-  
tat,  
Agrestique suum solatur vocelaborem.*

Et quæ toto illo poëmatे continentur Homericis ab Halicarnasseo allatis non dissimilia.

Hæc igitur, inquit, cum de humili materia, & per se humilia sint, ex decorè numerorum mirificas habent venieres. Neque verò id, tantum in versibus contingit, sed in soluta oratione, exemplum citat ex Herodoto.

Γόνη οὐ γάρ σε δοκῶ πειθεῖσαι μοι λέγοντα περὶ τῆς ἰδεῖς τὴν γυμναῖς ὥτα γάρ αὐτούχοις ἀνθρώποις διτα ἀποιστέρα ἐφθαλμῷ. ποιεῖ διατοξεῖντος δεάσην γυμνήν. ὁ δὲ μέγα διαβούσας ἔτειν. Δέσποτα πίνα λέγεις λόγον οὐχ' ὑγια. κελεύων με δέσποτας τὸν ἔμπνιν δεάσασθε γυμνήν, ἀμα ὅχι. τὸν διδυνομένῳ σωμαδεῖσι καὶ τὸν ἄδωγυν. Hæc, & similia, quæ ex Cicerone infinita possunt afferri, si dissoluas, μικρόκουμψα, ἀγενή, μαλάχα, facias necesse est. Porrò tota strutura ratio continetur in periodis, de quibus dicendum est.

*De præstantia numerosa orationis, & eius oritur.*

#### CAPUT IV.

Musica  
laus.

**M**Agni illius Augustini vox est, mundum Dei canticum esse, & rectè quidem dixit, is enim est omnium musicorum, sine controversia princeps, cuius nutu numerosissimum vniuersi concentus, perpetuas concordiae seruat leges. Atque ut omnia certo quadam pondere, ac mensura condidit, sic illa videntur ab ipsis cumbulis instillata retinere numerorum suavitatem. Quid mirum igitur, si animus aurium nuntio naturalem quandam in se retinet omnium vocum mensuram? Homo profectò animal est natura musicum, & musica vis per aurium sensus, quasi per animæ vestibula, si quando potentius illapsa est, sum delicato titillationis lenocinio mentem

surrripit, & miti quadam dominatu vendicat. Agrestes ipsi belluarum sensus, hac dulcedine mulcentur, & Ionis quidem Aquila apud Pindarum, ubi Apollinis lyram audiuit, prædatum, & fulminis obliterata, iam coniuentibus oculis mergitur in soporem. Tum fulmen ipsum hac illecebra delinitum confidente pauperrimi flammarum ardore languescit.

Quod si omnia, vel numerosa sunt, vel ipsis numeris delectantur, non oportuit orationem, egregium quoddam opus hominis, in quo pulcherrimæ menis cælata est effigies, numerorum legibus esse destitutam. Quantobrem, primum quidem nata sunt poetarum ingenia, quorum ars exquisito quodam flore dicendi luxurians mirifica suavitate eloquentiam, vitamque perfudit. Ipsi deinde oratores, cum poëtarum viderent artes florere laudibus, certos cursus conclusionesque verborum inuenierunt, quibus illigata non modo ferretur contentius, sed etiam blandius se insinueret oratio. Itaque cum plerique veterum infacta, ut sæpius, atque amputata loquerentur, claudicarent, insisterent, & quasi inter faxa fractis, & reluctantibus aquis obstreperent, emersit deinde illa scitisime tornata circumscriptio, cuius *Ortus numerorum* primi auctores fuere Trafymachus, & Gorias, in quorum scriptis videlicet sublimia ingredi, leuita duci, acria currere, delicata fluere, ad summum omnia ferri enucleata quædam ratione modulati.

Hoc verò dicendi genus, ubi oppressis suis uitate mentibus, perplacere cœpit vehementius, non erubuit quidem fori subcellia, quamquam in iusta pugna, ut in verborum delectu tranquilliores, sic etiam in numeris sedatores esse oratores solent. Verum omnibus gloriosum, postea visum est, fluenti latius orationis imperum vincire moderata lege numerorum, cumid præsertim eloquentia palæstram, & ultima quali lineamenta conferat.

Qualis enim Vlysses apud Homerum *Numerofy* Palladis opera, alius, atque alius apparer. *orationis* *præstantia* *illustratur*. *e.g. i.s.*

*πλωχῷ λευκῷ εὐαλήγκιστον γέρον-* *militudinea-* *ti.*

Mox cum eundem ipsum virgula tetigisset Minerva, augusta, & spectabilis specie, hyacinthinoque capillo cernebatur.

Nn

Mē-

Μεῖζον τ' εἰσιδέειν καὶ πάσχειν οἶκεν  
ἰδεῖν.

Κα-δὲ κάρκτο-

Οὐλας ἵκε κόμας ὑπενθυμίην φένθε,  
δύοις.

Haud dissimili ratione, sine numeris quasi  
pannis, & ceatibus hispida videtur oratio:  
mox eorum decore temperata, lera, florens,  
illustris emicat.

Tantum in periodis ad exornatiuam praesertim orationem momenti sicutum est, ut quadrigae albæ videantur, quibus Regina triumppha eloquentia. Has si omni ex parte sustuleris, Rhetoricam perdit, humilem, & abiecam facias necesse est. Neque vero cum periodon laudo, grandes illas ubique verborum circumscriptiones probari velim, cum etiam contractiores multum habeant venustatis. Exempli affert Halicarnassensis ex Platone, Demosthene, & Aeschine.

*Plato.  
Διπτυχοφ.  
Δέσπ.*

Ἐργαν γάρ εὖ πραγχέντων λόγῳ καλέσ-  
τριθέντι, μενίην, καὶ κοσμοῦ γίνεται τοῖς πρό-  
ζαστι πικρὰ τὸ ἀκτάντωμ. Καὶ licet breuis  
sit, haber tamen additamenta, ad explendum  
numerum.

#### DEMOSTHENES.

Ο γάρ οἰς ἀν ἔγώ ληρούσιν ταῦτα  
πράττουν καὶ κατατκευσόμενοι, οὐτοὶ  
ἴμοι πολεμεῖ, καὶ μήτωβάλη, μῆτε το-  
τένη.

#### AESCHINES.

Ἐπὶ σωτὸν καλέσι, ἐπὶ τοὺς νόμους κα-  
λέσι, ἐπὶ τὸν δημοκρατιαν καλέσι.  
Hæc, inquit, quamvis contorta, & rotun-  
da, numerosæ suavitatis verbis au-  
gentur, quæ si dissoluas, flo-  
rem gratiae sustin-  
deris.

#### De Nomine, & definitione Periodi.

#### CAPVT V.

Periodus dicta est metaphora ducta à cur-  
su circula, quem cursores obibant in sta-  
dio. Definitur à Demetrio Phalero.

Συνθετις περιγμένη, & σύσημα ἐπικά-  
λον ἡ κομμάτων εὐκαταστρόφων, πρὸς τὴν Demetrio  
διάνειαν τὴν ὄντοτε μέντος αὐτορετού μέντον. Phaler. Ida  
Ab Aristotele tertio Rheticorum λέξιν; Rhetic.  
ἀρχὴν ἐχόστα καὶ τελευτὴν Plenius, & clari-  
rius à Cornificio describitur. Densa, & con-  
tinens frequentatio verborum, cum absoluti-  
one sententiarum. Cicero modo ambitum,  
modo comprehensionem verborum, alias  
complexionem, nonnunquam circumtum, con-  
uersiōnēm, orbem, cl. uulam, continuati-  
onem nominat. Ex quibus satis appareret, quid  
sit periodus. Talis autem videretur iusti, in ora-  
tionē pro Cæcina. [Si quantum in agro, lo-  
cisque desertis audacia potest, tantum in foro,  
arque in iudicijs impudentia valeret. Non  
minus in causa cederet Aulus Cæcina, Sexti  
Ebuwii impudentiæ, quantum in vi faci-  
enda cessit audaciæ.] Hæc 4. Colis suis aper-  
tè distinguitur.

Cauendum est porro vehementer, ne iusta Quid sit  
periodi explendæ gratia, quo melius cadat, cœendum  
aut volvatur oratio, inanis quedam verba in periodi.  
inculcemus, quasi complementa numero-  
rum. Nihil frigidius est, puerilius, & à vera,  
germaniaque eloquentia magis alienum, quam  
vbi materia non patitur, sed res est presse;  
& rotundè (qualia multa in tercia dicendi  
figura occurunt) efferenda, periodorum  
tractu inanem distendere orationem. Præte-  
rea nō tam aliam esse vincit, aliam  
solutam orationem. Vincta propriè dicitur,  
quæ periodis decurrit, soluta, quæ licet suos duplex  
pedes, & numeros habeat, noui est tamen his ror vincta,  
circumscriptiōnibus certa lege recurrentibus & soluta,  
illigata. Talis est Herodoti vt plurimum  
locutio. Taliā etiam in Demosthene, & Cice-  
rone multa occurunt. *τολόντως* dicta, in qui-  
bus non est periodorum ratio requirendā.

Aristoteles fusam elocutionem compa-  
rat cum Dithyramborum Anabolis, quæ sunt. Arif. I. 3.  
lögæ sermonis excusione, statu lege minime. Khet. c. 9.